



PRAECLARISSIMOS LECTISSIMOSQ^A ACADEMIAE
 CIVES
 AD ORATIONEM
 IN IPSO OBITV
SERVATORIS
CHRISTI
 IPSA HORA III FATALI
 IN AVGUSTEO
 HABENDAM
 PRO RELIGIONE INSTITVTI
 INVITAT
IO·GVILEMVS BERGERVS
 ELOQ^E ET HVMAN^E P^P

54

Fit indicium, post hominum memoriam, innocentia, patientiaque Rei, aliena tamen culpa, maximum, actorum nefario scelere acerbissimum, indicum iniquitate infestissimum, in ea postremo causa, qua grauiorem terrarum orbis neque uidit unquam, nec uidebit, agitur hic de fatore Illius, qui desperatis hominum rebus spem salutis ostendebat unus accusant ii, qui, largitione, et mentiendi libidine, corrupti, omne genu criminacionis impudentissima comminiscuntur. indicant isti, qui uocant in crimen, atque, ut explaneat crudelitatem sanguine, virus acerbiratis euomunt, cauflaque iniquissime perorata, neque deprehensio facinore, capit is damnant. Taceat uero reus, male facti conuictus, quem conscientia delicti opprimit, pudor confundit, terror supplicii conturbat. contingat etiam aliquando insens, iam uero etiam disertus, sed fractus metu, cum intelligat, periculum iudicij posse nulla, uel uirtute, uel oratione, prohiberi. at, in tanta causas bonitate, in tanta facultate comprimendae, quae fese eferat, omnis audacia, obmutescere Vocem illam, quae faepe multumque aduersariorum procacitatem coecuit, et paulo ante armatos, furentesque hostes, tanquam fulmine perculios, abiecit, atque, inter confitas criminantium uoces, uerba non reperi. Verbum illud, ipsa acerbitate, et diuinitate munitur, per quod omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil, quod factum est, id quidem tanti erat, ut hic silentum sit potius, quam parum, quantumcumque expoferet, dicendum. Ipse Tiberii procurator, idemque iudex, infans amentium hominum clamoribus obfusus, miratur silentium, atque ad minuendum crimen hortatur, frustra. namque Illi, qui pro hominibus hominum furori caput obiecit, flat non alio, ac silentii, praefidio injurias superare, cum non prius uincere parer, quam uictus uidetur, ut uictoria ipsam uincat. Socratem, mirabatur Graccia, cum fallo capit is acculeretur, adeo sapientiae, atque eloquentiae, qua excellebat, nullam habere rationem, ut mortem indignius oppetrere, quam pro se diebre copiosius, mallet. iecirco causam eius, quam ipse consulto neglexerat, exerunt complures. in his Lysias, Plato, Xenophon, Plutarchus, Libanius, aliquae. ex his disputat et instituto, atque, ut solet, grauerit, Maximus, Tyrius, defensoque Socratis, cum causam suam non ageret, iudicio, conficeri fibi uidetur, illum tacuisse tuto, ubi loqui non potuerit honeste. hoc silentium laudat in Graecorum philosophorum principe Apollonius, atque ad magnae, nea uulgo cognitae, uirtutis, quae in iudicio prudenter racendi commonet, exemplum, imitationemque transfert. at Socrates non tam tacuit, quam magnifice, et quasi magister, aut dominus iudicium, pro se dixit, si Xenophonti, arquebustis, Inter Latinos, Ciceroni, credamus. ipse uero Apollonius, in ius adductus, minime omnium tacer, et ubi, iudice Domitianio, arrogans pro se multa dixit, ex omnium conspectu, si diis Philostrati placet, tam repente eripitur, ut uereri uidetur, ne publice absoluto, priuata tyranni colloquio sit fraude. ita, quod splendide praecepit, leuiter omitit, atque in ipso Socratis silentio, quod tradit sapienti, non omnem iis eximit dubitationem, quibus illud, quod Philopophilum a causae propugnatione perhibetur reuocasse, daemonion infinita quadam ambitione, et studio gloriae, contentione mortis parandae, suspectum est. tota Pythagorae schola silentium imperat, atque, ut de huius familie duce praedicat Apollinaris Sidonius, sentit magis, quam loquitur, siue, ut ait Claudianus, tacendo dicit, quando est, uti uocatur a Gregorio Nazianzeno, philosophia silentii tota. quare, ut illa teneri possent, quae hic abdita, atque, ut cerebat opinio ueterum, diuiniora traderentur, discendum erat, ut, secundum alios, refert Philostratus, ipsum silentium esse orationem. quod quidem silentium tantum ualebat apud Graecos, ut, si audiamus Itoratem, tacitos doctoris Samii discipulos magis admirarentur, quam alios, summa dicendi laude claros. at enim hoc era silentium, quo communiter plures, et fieri, et probari, crederent sapientes. Illud, quod miramus in tacente Christo, unius est, et, rei gestae miraculo, primi, atque in afferenda hominum incolumitate tam mirifice defixum, atque efficax, ut unum horum facrum, unum diuinae admirationis plenum, unum religioso silentio colendum, reperiatur. Herodem omitti, Seruatoris responso indignum, quod multum interrogando id egiisse uidetur vere, ut ex rerum nouarum, mirabiliumque conspectu potius fructum oculis caperet, quam causam cognosceret, et grauius accusato, cum effrenata satellitum licentia, illuderet magis, quam grauiorem iudicis praestaret. gloria est causa, quae hos siue impetu reprimit silentio, ut ipse fateatur Pilatus, nullum hic, quod exprobratum sit, crimen ab Herode competrunt fuisse. Seruator tamen prius, quam eo abstraheretur, in ius ab Iudaicis, ab his ad Pilatum adducitur, ad eumque reducitur ab Herode, utrinque confito crimen in periculum arcessitus, utrinque, habita quaestione, rogatus, nihil scurrarum conuicis responderet. eodem tamen tempore responsa aliis magnitudinis suae conscientiam, libera, atque omnibus infidis sapientiori, ueritatis, et diuinitatis professione, testatur. Erat haec quidem utrinque iudicij anceps

retur. Rogabat Pontifex immerito Reum, non ut, causa cognita, absoluaret, sed ut, interrogationis captioſae laqueis irretitum, condemnaret. nam, si liberatum sententia, dimittere statuissent hostes, non fuerat Iudas, ut Magistrorum proderet confederatus discipulus, mercede, auctoramentoque funebri, insidiose conduendus, non testes nefarie subornandi, non index Romanus ad supplicium de Rebus nullius culpare sumendum, metu ſeditionis, offendendique Caſſaris, furioſe adigendus. erat nimirum agendum cum iis, cum quibus non melius, quam tacendo, agi poterat, cum, si id, quod res est, audirent, credere, si rogarentur ipſi, respondere nollent, ut coeleſtis Iudaicas pertinacias explorator ipſe praeconiebat. At teſtes tanta temeritate, quanta improbatio, conuiciabantur, neque enim faſum tantum, ut in templo, ipſius Christi manu diruendo, afferebant, ſed etiam, ut in foreniſi calumnia, rum aduerſum, rum inconfiſta, ut ne ipſi quidem iudicii accusationem probarent. Quare cum Seruator incideret non in iudicis, ſed in latrone, ut ex peruerſi iudicij conſtitutione obſeruat Chryſtoſtomus, tacui ibi, ubi nemo ius audiret, cum vita factisque, inter Iudeos ſpetatris, quam oratione, ut animaduertit Origenes, defendi maller, iſtorum noxes erant ſilentio contemnenda, quea ipſis rebus geſtis euertenterunt. cum perditorum proſigatormque teſtimonii mendacia, ut fit in oppugnatione ueritatis, ſibi minus conſtant, in tanta hoſtium leuitate mirabiliter elegit, quemadmodum uidit Leo Magnus, Christus, ut taceret. ita uero, ut vulgatae conuenientis opinioni occurrit Ambroſius, non accusationem tacendo conſirmabat, ſed depictebat non refellendo, beneque tacebat propterea, quod defenſione non indigebat. Iam Pilato, qui praecerat iudicio, conſilium erat iudicis religionem aut praeflare, aut uiolare, ſi praefandardi punitabat, non poterat moueri calumniis, ex inuidia, ut ipſe nouerat, profectis. ſin ita uiolandam, ut aduersarii ſubſeruerit, nihil attingebat innocentiam cauſae uerbis tueri. nam in cauſa criminis, quod tamen hic falſo infertur, tantum abratur, ut reus, tacens ille quidem, ſed nondum exploratiſi teſtimoniis conſtrictus, damnari poſset, ut ne conſelio quidem eius, qui uellet perire, deſcripti iuriſi auctoritate recipereetur. quamobrem mirum quidem Pilato uideri poterat, hominem, nulli culpaſe affinem, et qui cauſam poſſet orare pro innocentia ſua uere, pro ſapiencia, ad hoſtium iniuidiam celebrae, fama grauitate, cumulate, excellenter, mortis tamen periculum, ut interpretatur Chryſtoſtomus, tacendo contemnere, Christo autem, ueritatis instauratore, dignum erat, homini, ſimulacrum, ut attentius hic cogitant alii, cultori, nihil, ubi de iuſtitia cauſae, iam perpectas, quaereretur, reſpondere. hoc erat illud ſilentium fere, quod ſapien‐tes deceperat, quibus, ut eſt apud Euripiſdem, ſilentium eft reſponſum, arque, ut dicit Philo, quiete licet deſendi, quorūque uerba, ut apud Salomonem reddunt Graeci, in ſilencio audiuntur. ipſis etiam oratoribus non inſolitum eft ſilentium, ut Plinius, interdum non minus oratorium eſſe tacere, quam dicere, circumſpecte contendat. atque hanc quidem eloquentiam in tacendo ab Attico ſe didicisse, eloquentissimum illius familiaris non diſſertetur. hic autem tacebat ita Seruator, ut poſtea milites, a quibus exagitatus, et necatus erat, commoti naturae miraculis, innocentiae teſtes elient, hoc eſt, ut ab ipſo uocem mutuemur, ſaxa clamarent. At uero, quod ſilentium neque trepidus, et nulla officii religione, iudex, neque omnis inimicorum cogitatione aſſequi potuerit, eius cauſa non iudicio rationis, ſed diuini, quo non accedit animi facacias, conſiliī altitudine, continetur. nam appetebat tempus, instaurandi hominum rebus prouisus diuinitus, ac promiſum, quo fatalis illa Ouiſ, tanquam uictima caeedenda, duceretur, et Agnus ille, pro ſalute humani generis immolandus, coram tonfore ſuo obmutuſceret, neque oſaperit. hic erat Ille, qui, praedictus a Dauid, ori ſuo cuſtodiam poneret, obſurdeſceret, et fileret. explicat hic imaginem Iolephi Chryſtoſtomus, exemplum Sufanias Ambroſius, uiriſque, inquam, ſilentio uincens, quare ipſe Seruator ait, factis haec oracula uifile prius implenda, quam ad gloriam tranſiretur. Loquitur igitur omni ex parte haec cauſa, cum tacet. namque, ut eſſemus ſalui, conſtruuerat mori Seruator. ita placandus erat Deus, ita uatum ſancitiſſimorum fides liberauerat. non igitur Pilatus oratione hic mouendus, ubi iam nihil morte dignum reperierit, deſenſione uero conciliari, ſi quidem id ageretur, non poterant Iudei, implacabili aduerſuſi misericordiae ſenſum odio obſeruati. Herodes ludificabatur uerius, quam iudicium exercebat. adeo hic ſilentium omni eloquentiae, ut cuncta perſuadent, antifstabat. Apollonium, narrant, ſilentem urbes, prouinciasque peragrasfe, atque ita manus uulſusque ſignificatione hominum compoſuſile mores, ut, in quos tumultuantur incideret, hi eius alpeſciu mitigati, uelut in mysteriis, ſilentium tenerent, reliquias has Philoſtrato magnificas fabulas, nihil feciſ, atque Hierocli nequitimus, ab Eusebijo caſtigatam. quorum alter ſapienti ſuo multa affixit, ut multa Seruatori per improbatum detraharet, alter ab hoc mendacia ſumſit, ut incepta comparatiōne ueritati mendacium anteferret. nobis quidem uerius optanda, anideque accipienda



enda, erat Vox aeterna, quae, longe lateque peruagata, terrarum orbi salutem denunciat, et tam hominum animos, quam ventos tempestates, sedaret. at ciuidem hic non minori cultu excipendum est silentium, ubi non spectamus opera deae, solum impuritatis occultandae dolo, Bonae, non simulatum, commenticiumque magi, ut uris sanctus uisum est, vultum, sed, ut complectar, quae dici, cogitarique poterant, omnia, Christum in iudicio, pro nobis sustinendo, sacentem. Ostentat antiquitas Harpoocratem, silentium, ut vulgo iactabatur, deum, cuius simulacrum; in sacris Isidis expositum, digito labra compescerat, quasi artem tacendi praecciperet, atque ad bene beatoque niuendum commendaret. literis etiam mandatum est nomen Angeronae, idem, ut aiunt, ore obligato atque obsignato, commentantis. quibus quidem imaginibus tanti siebat silendi, in ratione discendi, commentatio, ut magistris loquendi homines, tacendi uero deos ferret Plutarchus. nos autem supersedemus simulacris inanibus, ubi non falso creditum silentii Numen habemus, sed maximum eundem, atque optimum, tacendi magistrum. namque Origenes, cum reprehendit Celsum, ex hoc salutari silentio praecelle conficit, Christianae doctrinae ueritatem magis sua ipsius uia, quam hominum oratione, ingenioque defendi, atque hoc esse praestantissimum genus purgandi criminis, quod uita factisque se tuter. Et si uero Seruator coniucitorum probra, contumelioseque dicta, silentio, ut in ciuii quoque oratione praecipitur, uindicanda, contemnebat, tamen ab aduersariis rogatus, quis esset, confitebatur, ea quidem, quam in primis admiratur, atque explanat, Chrysostomus, in respondendo sapientia, ut Ambrofio interprete, condemnandi caussam habere non possent, qui, quod obnuercent, hoc fatentur. haec erant illa tacendi, loquendique, tempora, quae distinxerat rex sapientissimus, non in illa Socratis institutione, qua prudentia animi, pendor uulnus, silentium linguae commendabatur, sed in hoc Christi exemplo discenda, in quo non solum silentio prudentia, atque, in perferenda hoitum impudentia, ueracula, sed etiam libera ueritatis professione magnitudo animi declaratur. quare Harpoocrati porcius, etius superstitione uatis diuini silentium corruperant, quam Christo, tacet, Paschalornithae, quos, auctor est Philastrius, imposuit in nares, ora, et labia, digito, silentium quasi perpetuum coluisse, neque alius rei, quam taciturnitatis ignauae studium commendasse. at Seruator, acceptis iniuriis, facebat ille quidem, ueritatem tamen simul confitebatur. Istorum taciturnitatem non cerebant illi quidem, sed diuinac confessionis uia, exemplumque, non capiebant Helezelitae, et Priscillianistae, illi ab Origene, hi ab Augustino, confutati. utrifice satis erat, loqui ueritatem in corde, quamvis in ore mendacium reperiatur. at Christus non ita sentiebat uerum, ut promeret falsum. Chrysostomus, atque ante hunc Cyprianus, patientiam tacentis Iesu cgregie proponunt illis, qui uelint iniqua hominum iudicia, ac facta, silentio, et spe, superari. grauerit autem coarguant istos, qui nec silentie iniurias uincit, ut manuetudine, atque aquitate animi, uincat, quantum hic silentium otiosum reprehendit Ambrosius, tantum laudat negotiosum, cum plus agitur tacendo, quam loquendo, quemadmodum Christus falorem diuinum, ut ait, tacens operatur. Quare, cum patientia Christi, qui nostra causa conticuit, effectum sit, ut eius facultum, quod ait uates diuinus, enarrari non posuit, nos quidem merito aduersus omnem imminentem fortunam metum pio hoc preminimur silentio, quod uoce, exemploque, expressit regius Christi expectati interpres. tacebo, inquit, neque os operiam, tu facies. hoc illud est os, quod taciturnitatis honore signatum vocat Tertullianus. Sed tantus diuinu silentii recepitus est, ut animi stupori silentium non suadeat, uerum imponat. hic est locus ille, admiratione rei gestae insignis, et sacris monumentis ad commentandam necessitatem celebratus, quem Deus ipse Aethiopis, gazae regiae custodi, et diuinis oraculis delectum, euoluit, et per Philippum, diuinitus admonitus, interpretatus est, ut Christum tacentem agnosceret, hocque silentio eruditus, fidem complectetur, et sacro fonte ablatus, ueniret in partem felicitatis, nulla uicissitudine rerum minuenda. Illius tamen uocis, magnae, et contentae, quae, in extremo Seruatoris spiritu exaudita, coelum terraque commouit, nobissem trepidantibus exicitas memoria, IVSTVS CHRISTIANVS THORESCHMIDIVS, sapientiae, ingenuarumque artium, Magister, non minori sanctitate animi, quam ingenii facultate doctrinaque, hodierno die, ab Hora postmeridiana III, religionis, sensu intimo conceptae, publicam significationem dabit, neque committeret, ut in consideranda, colenanda Dei morte, quam milites, supplicii custodes, in agnoscenda illius diuinitate, tardior fuisse uidetur. Interim illi, quos ad tantu funeris spectaculum meriti magnitudo excuerit, hoc Tertulliani cogitandum relinquamus. crucifixus est, inquit, Dei filius, non pudet, quia pudendum est, et mortuus est Dei filius, profus credibile est, quia ineptum est, et sepultus resurrexit, certum est, quia impossibile est.

P. P. III Nonas Aprilis. A.R.G. CO 12 S. 51

Ung VI 3

10 18
13 17

B.I.G.

Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
8	10	11	12	13	14	15	16	17	18
7	19								
6									
5									
4									
3									
2									
1									

MOS LECTISSIMOSQ^A ACADEMIAE
CIVES
 D^O ORATIONEM
 IPSO OBITV
VATORIS
CHRISTI
 A HORA III FATALI
AVGVSTEO
 HABENDAM
 RELIGIONE INSTITVTI
 INVITAT
ELMVS BERGERVS
 Q^E ET HVMAN^P P^P